



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Homobonus Conf. 13. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

710 VITÆ SANCTORUM. 13. Nov.
in regno. Non enim ad imperium calorum
pervenitur superbiâ & divitiis, sed hu-
militate, pauperie, lenitate. S. Maxim.
Sermon de S. Mich.

S. HOMOBONUS CONF.
13. Novembris.

Fecit Homobonus nomini vitam
respondere. Neque adeò huic rei con-
jugum, quo implicatus fuit, neque
mercatura, quam exercuit, oblitus.
Quin tum demum non sterilem se puta-
vit, cum patrem illum miseri appellau-
erent tum; lucrum se fecisse, cum iis, qui
neque unde persolvant, habent, paupe-
ribus rem credidisset. Multum illi eam
ob rem uxor negotii faceſſivit. Sed huic
identidem ille occinebat: neminem un-
quam quantumvis prodigum in egenos
ad incitas redactum esse: plus dando ac-
cipi, quam dari: tutissimum ararium
esse, pauperum finum: quod his detur,
non donum sed mutuum esse: quantum
dissolveſſe Superi differant, tantum fo-
noris ad crescere: & quæ demum merca-
tura lucrosior possit esse, quam nummo
carum emere? Probavit hoc studium
Numen, cui canistrum non magnum
torrente ſam panum copiam, fons etiam
merum dispensatori ministravit. Adhuc
positum in more habuit, concubia no-
bre templum precandi causâ petere,

quod

Nov.
orium
l-hu-
xim.

F.

itam
con-
equ-
tit.
puta-
cella-
, qui
aupe-
eam
huic
um-
enios
o ac-
tum
tur,
rum
fœ-
ra-
mo
un
un
am
rc-
no-
od

14. Nov. VITÆ SANCTORUM. 711
quod clausum aliquoties cum reperisset, nobiles illi Atrienses Cælitæ aperie-
runt. Ille nunquam non vel ad magnæ MATRIS vel FTLIT effigiem cernuus
jacuit, pulchrâ vicissitudine, nunc ab
ubere, nunc à vulnere ebrius. Certè ad
CHRISTI in crucem suffixi pedes in
templo vitam posuit; cum illa Angelorum
verba (*Gloria in excelsis Deo*) homines canerent. Sed ille hæc suavius ca-
niab ipsis Angelis scivit. *Ex Surio.*

Nibile est dignius, quam ut homo sit suæ
auctoris imitator, & secundum modum
propriae facultatis, divini sit operis execu-
tor: nam cum aluntur esurientes, & ve-
stuntur nudi, nonne auxilium Dei manus
ixplet ministri, & benignitas servi manus
et Domini? S. Leo serm. de Quadrag.

S. LAURENTIUS EP.
14. Novembris.

PARENTEM LAURENTI nostri fuisse
ajunt Mauritium inter Hybernæ
præceres lætissimè imperantem. Ob id
cum oculi Regi Dermicio dolerent,
Mauritius fidei suæ obsidem in filio,
quem natu minimum & charissimum ha-
buit, animum dedit. Et poterat suavissi-
ma pueruli indoles barbatum licet cujus-
vis pectus expugnare. Unus Dermicius
rex gratulatus sibi est, quod agrè denique
patri in filio posset facere. Quare innocē-

XV 4 tif-